Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



humiliatus acceperat quia si hac ca
ruisset saluus esse non posset ipso affirman
te cui ait sufficit tibi gratia mea ne magnitudo reuelatio
num extollat me datus est mihi stimulus
carnis mee angelus satane ut me cola
phizet. XI. Quociens cumque enim
petentes non exaudimur ideo fit quia uel
conferre auxilium nre salutis petimus ac
propterea amiserit cor de patre beneficii
gratia nobis quod uepte petimus negatur quod
eidem apostolo paulo contigisse probatur
cum ter petenti responsum est sufficit tibi
gratia mea nam uirtus mea in infirmitate per
ficitur. XII. Cum etiam uitia qui
dem et que ad ueram salutem respici
ant petimus si ipsi male uiuendo audi
tum a nobis iusti iudicis auertimus mei
dentes illud salomonis quod auertit au
rem suam ne audiat legem oratio ei
erit execrabilis uel diu peccantibus
quibuscumque ut resipiscant oramus et si salubri
ter petimus atque ex nro merito digni
sumus auditu ipsa tamen puerstras ne
impetremus obsistit. VNDE SVP.

VSQUEQUO non pensistis quecum
pente et accipiens aeuia. Pente
et accipiens ut gaudium uestru
plenum sit ipse enim pater amat uos quia
uos me amastis et credidistis aeuia. Ex
iui a patre et uenio in mundum aeuia ite
rum relinquo mundum et uado ad patrem
aeuia. aeuia. aeuia. Ecce nunc palam
loqueris et prouerbium nullum dicis nunc
scimus quia scis omnia et non opus est tibi
ut quis te interroget aeuia. FRA. II. PI.

Karissimi obsecro uos tanquam
aduenas et peregrinos abstinere
uos a carnalibus desideriis que militant
aduersus animam conuersationem uram
inter gentes habentes bonam ut in eo quod
detractant de uobis tanquam de malefac
toribus ex bonis operibus uos considerantes
glorificent dm in die uisitationis.
II. Subiecti estote omni humane creatu
re propter dm siue regi quasi precellenti
siue ducibus tanquam ab eo missis ad uin
dictam malefactorum laudem uero bonorum
quia sic est uoluntas dei ut bene agen
tes obmutescere faciatis imprudentiam
hominum ignorantia quasi liberi
et non quasi uelamen habentes malicie
libertatem sed sicut serui dei. III. Omnes
honorate fraternitatem diligite Dm ti
mete regem honorificate Serui sub
diti estote in omni timore domini
non tantum bonis et modestis sed etiam
discolis. Hec est enim gratia si propter conscien
tiam dei sustinet quis tristicias pa
tiens iniuste. FRA. III. PI.

Que enim est gratia si peccantes
et colaphizati sufferatis sed
si bene facientes hec patienter
sustinetis hec est gratia apud dm. In
hoc enim uocati estis quia et xpc pas
sus est pro nobis uobis relinquens exem
plum ut sequamini uestigia eius.